



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 56. Monasteriensis tumultus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII.  
A. C. 1654.

§. LVI.

*Monasteriensis tumultus.*

*Tuldeni hist.* Jam per quatuor omnino annos acc-  
*rer. l. 3.* rimæ servabant simultates inter Chi-  
*p. 154.* stophorum Bernardum de Gallen Mo-  
*Alpen vita* nasteriensem Episcopum, & Bernardum  
*Hist. Bern.* Malincrotium ejusdem Cathedralis Ec-  
clesiæ Decanum. Hic enim, postquam  
Ferdinandus Coloniensis Elector ac Mo-  
nasteriensis Episcopus anno hujus se-  
culi quinquagesimo fatis cesserat, do-  
ctrina & ingenio suo subnixus, tam fa-  
mam potiundæ hujus Ecclesiæ spe-  
conceperat, ut nullum in prensando  
laborem intermitteret: tanta tamen  
dexteritate Gallenius Canonicos fin-  
conciliabat, ut excluso Decano ipse om-  
nium suffragiis in Episcopum eliger-  
tur: inde vero gravissima Malincro-  
indignatio, qui etiam Gallenii electione  
eoquod se inscio & absente extorta fu-  
set, intercedere haud dubitans, Rome  
tantum effecerat, ut Innocentius X.  
Pontifex Apostolicæ confirmationis le-  
teras Gallenio conferre, constanter re-  
nueret: nec his contentus Malincrotius,  
insuper Episcopum quotidianis molestis  
turbisque agitabat, atque in illum im-  
moderatus invehens, discordiarum  
soritem inter Canonicos civesque ac-  
cende-

cendebat. Patientia demum in ultio- Sæc. XVII.  
nem versa, Episcopus Decanum custo- A. C. 1654.  
diæ mancipare statuit: Ejus igitur jussu  
duodecim milites in Malincrotii ædes  
involvant, eumque inde captum ab-  
strahere tentant. Hic autem, ubi vim  
sibi inferri senserat, minime turbatus,  
simulata comitate militibus denuntiat,  
se sponte secuturum, quo vellent, nec  
ulla violentia suæ dignitati injuria opus  
esse. Verum eorum suspicione citius,  
adornata fuga e domo elabitur, ac re-  
tro obseratis foribus armatos hosce mi-  
lites domi includit, captosque tenet:  
quamprimum vero ejus famuli, quid  
rei gestum esset, compererant, mox  
violentiam Hero suo illatam civibus ei-  
dem bene affectis referunt. Hi ergo  
confestim in agmina coeunt, conferti-  
que in Decani ædes irruunt, & obvios  
quosque fustibus contusos, ac brachiis  
lateribusque lividos, maleque mulctato-  
res e domo ejiciunt; cum autem Jesui-  
tas de capiendo Malincrotio consilium  
Episcopo suggestisse nossent, in illorum  
quoque Collegium irrumpunt, portis-  
que & januis vi apertis, dissectisque, in  
obvia quævis militari furore ac licentia  
debacchantur: Tenuit hic tumultus  
integrum ferme annum, donec Episco-  
pus collecto milite civium petulantiam  
compesceret, ac Episcopali præsidio  
urbi

Sæc. XVII. urbi imposito Decanum rursus captum  
A. C. 1654. Ottensteinianæ arci includeret.

## §. LVII.

*Turbæ intestinæ in Galliis sopia.*

*La Hode  
vie de  
Louis XIV.  
tom. 2.  
Mottevill.  
t. 4. p. 402.*

Postquam Ludovicus XIV. Francia  
Rex non alieno, sed proprio poti-  
simum consilio Regni habendas mode-  
rari cæperat, in Galliis res feliciter  
cessere; Harcourtius enim ex Aquitaniis  
fugienti similis sese Regi suo submisit,  
necnon Burdegalenses & Aquitaniis de-  
nuo in Regis obsequium reversi sunt,  
eversisque Condæi Principis consilii  
Mazarini Cardinalis auctoritas adeo flui-  
mabatur, ut omnes Principes ipsius  
amicitiam certatim quærerent, ac ipse  
Contius Princeps belli turbarumque  
pertæsus, Martinosiam præfati Cardi-  
nalis Neptin connubio sibi jungeret, &  
pietissimæ hujus Matronæ exemplo  
soltioris, quam antea egerat, vita  
tædio affectus, pietatis exercitiis totum  
sese devoveret; insuper Longevillana  
Ducissa Regi reconciliata est, quæ post  
ea in Asceterio Religiosarum instituti  
Visitationis B. V. adeo austoram duce-  
bat vitam, ut a Jesuitis, quibus minus  
propensa erat, Jansenismi insimulare-  
tur: Attamen Condæus Princeps cor-  
ram Rege comparere, seque captum  
filtere